

PROEMPTICA

NOBILISSI-
 MO, PIETATE,
 DOCTRINA, OMNI
 que virtutum genere excultissimo ju-
 ueni, Dn. IOHANNI MELCHIO-
 RI à VVITTERN, Vitæberga
 in patriam discedenti, memo-
 riæ ergò ab amicis
 scripta.



VITÆBERGÆ
 Ex typographia Simonis Gronenbergii.
 M. D. LXXVII.
 Die 15. Augusti.



V O T V M



lli robur, & as candens stat pe-
ctora circum,
Deq; graui vena est ubere
plena lupa:
Qui te JANE domos visentem
patris, honore
Vel dignum voto, carmine,
laude neget.

Qui nireo malit te, quam mansisse, remotum
Monte, nec inuideat de statione rapti.
Sed nulli robur, non as stat pectora circum,
Vena viro non est ubere plena lupa.
Nemo igitur patrie te dulcis tecta petentem
Indignum voto, carmine, laude putat.
Te Charites, Musa, & te docta tenere iuuentus
Tecum una socius gaudet adesse domo.
Sic mores placuere tui, sic nobilis arte
JANE bonis placuit vita laborq; viris.
Sic cui declaras animi secreta sodali,
Et condis gremio, si libet, ora, places.
Sint igitur studiis mea vota parata pudicis,
Stet tua, stet stirpis lausq; decusq; tua.
Corpus

Corpus, caussa monet, cedat, mens juncta super sic
Menti, sub gemino dum sumus axe. Vale.

Sebastianus à Bergen Hamb.

ALIVD.

CArmine si dignus facie qui notus amicus,
Tu quoque pra reliquis carmine dignus eris.
Tum tibi quod junxit me ternos usus ad annos:
Tum quod sis vera nobilitate satius.
Accipe discedens, tenui pendentia filo,
Carmina: sis nostri, sim memor ipse tui.
Nobilis es verè, qui sacri dogmata verbi
Suspicias, & vera religione colis.
Nobilis es verè, qui fontis numina sacra
Pegasei, vitæ tempus in omne, vocas.
Nobilis es verè, qui tanta volumina Legum
Ingenii evoluis dexteritate tui.
Nobilis es verè, quem tollet carmine Phoebus,
Cum benè virtutis culmina summa petes.
Difficilem nunquam spernes, fugiesq; laborem,
Dum via virtutis peruia facta tibi est.
Hinc venient tandem tibi premia digna labore,
Hæc virtutis erit gloria pulcra comes.
Palladis idcirco excelsam qui tendis ad arcem,
Conficies recto tramite laudis iter.

A 2

Flac

*Hac ratione vehet longum te fama per orbem,
Nobilibus meritò est qua tribuenda viris.*

Casparus Crusius Hamb,

ALIVD.

*Vos, quæ pegaseo decenter amne
Facundas Sophia rigatis artes,
Musæ Thestades: & hinc & inde
Per castum nemoris sacri recessum
Iucundos vario colore flores
Doctarum seritis scientiarum:
Et quæ præsidio salutis omnem,
Fato duriter intonante, casum
Arcetis procul, & procul fugatis
A cultoribus, & pijs alumnis
Ornati gregis; huc adeste Musæ,
Huc nostris faciles adeste votis,
Spectatus patrios videre vultus
Dum IANVS cupit, & volante cursu
Dites vitibus, & benigniore
Frugum fertilitate ditiores
Exoptat patrias subire terras.
Hunc ò numine subleuate vestro,
Præsentiq; viam parate vultu.
Hoc suadet genus inclytum ac vetustum,
Hoc & noticia elegans sacrati
Iuris postulat, & requirit vltro
Solers ingenium, quibus perennem
Extollit merito labore famam.*

Huc

Huc nostris faciles adeste votis
 Vos ô Sicelides, nouem puella:
 Vt (post acta fideliter benigni
 Patris munia) cum ferociores
 Gallos, & Rhodanum, magisq; cultos
 Mores Italicos videre gestit,
 Ne scæuis Aquilonis impeditus
 Turbis, aut pluuij rigore cœli
 Fessos languidus opprimatur artus
 Vestri hic cultor amabitis vireti
 Ianus Melchior, atq; summa Legum
 Lux post exiguos futurus annos.
 Neu qui per varios latro labores
 Sauro bella viantibus furore
 Infert improbus, hunc sub explicata
 Vestri præsidij retardet ala,
 Sed felix benè lætiore nostris
 Fati redditus æquitate terris
 Felicissima Nestoris disertis
 Degat secula, laudibusq; ceptis
 Sacrarum celebret theatra Legum.

Paulus Matthias Hoffatus f.

ODE VOTIUA

Tricolos Tetrastrophos.

Sinistra Parræ, & quæ sedet ilice
 Cornicis alta sors vetet impios,
 Nefasq; versantes latrones
 Pergere sic iter institutum,
 A 3 Serpens

Serpens ut olim Martius obstitit
Cadmi ministris; aut leo, qui DEI
Iussu Prophetam pertinacem
Strauit humi haud meliore fatō.
Hæc hæc prophanos; sed melior pios,
Deoq; caros fors maneat viros,
Captum nec vllæ iter maligni
Dæmonis insidiæ morentur.
Ergò ad penates dum reditum paras
Cælo supinas si tuleris manus,
Ego quoq; in partem potentem
Antè Deum prece suscitabo.
Sis IANÆ felix, nec tibi turbidus
Ventus procellis obsit & imbribus,
Vinasq; Nestoris per annos
Et valeas vbiq; manis;
Vides sed asper spiret ut Aphricus
Cælumq; vasto murmure misceat,
Dum Phæbus exosus Leonem
Icariam repetit puellam:
Quin ergò nobiscum potiùs manes,
Nec quos amore fallere nescia
Virtus tibi junxit, relinquis,
Leucoræ decus ô palestræ.
Id Musa suadet; quæq; sibi sacram
Sedem parauit, casta cupit Themis,
Quà Leucoris Septentrionem
Adspicit & gelidum Booten.

Cælo

Cælo sereno & nubibus aureis,
Ventisq; plus ne crede ferentibus,
Mitis quid, ignoras, Iapex
Efficiat, Zephyrusq; fallax.
Sint tantus te patriæ tenet, † ardor
Et fata rursus prouida eò vocant,
Vt fertilis solum Thuringi
Incolumis videas precamur.

Eberhardus Schelius Dannebergi

ALIVD.

Quid potuit socios contingere tristius inter?
Quid grauius Musa ledere castra tuæ?
Quàm citò Leucoreis quòd cedis finibus, acer
Pieridumq; comes tectæ paterna petis.
Sed cum nil toto quicquam sit dulcius orbe
Quàm patriæ tandem cernere posse lares:
Et sit caussa grauis quæ te vocat: ipsa parentum
Iussa, velit nutu fors simul alma suo,
Ito decus nostrum, Themidos pia cura: salutens
Te genitor, frater, nobilis aula, soror.
Mutuus inter nos maneat, perduret & ardor,
Quem mihi fors nunquam soluet & atra dies.

Georgius Beitsch, Gube-
nensis, Lusat.

ALIVD.

Dum placet Aonias hac vrbe relinquere lymphas,
Leucorea: & restat dicere: turba vale:
Multa quidem; venam mihi nū mea fata negassent:
Scribere me subito carmina posse velim.
Nam vitæ probitas & facta prioris inhaerent:
Per quæ non fallax me tibi junxit amor.
Tu mihi: quod fateor: studiorum grande leuamen
Semper eras: cuius me meminisse iuuat.
Plura, quid huic addam laudi, præconia laudis?
Non satis in laudes ferrea penna foret.
Nobilis ingenio; ingenuo quoq; Nobilis ortu es:
Cætera quærenti dat veneranda Themis.
Non tibi sub calida fornace latere voluptas:
Cura nec est mentis desidiosa tuæ.
Sic Aquilæ virtus non est reptare per agros:
Sed super & nubes nobile ferre caput.
Omnia pro libitu tibi sunt: non deficit aurum:
Ingeniumq; sagax: corporeumue decus.
Nil igitur magis opto tibi; nisi prospera vitæ
Fata: profecturo quæ dare, Christe, velis.

Samuel Iagenteuffel, Regio-
montanus, Borussus.



A 2490

ULB Halle

3


003 485 986




sb


kom







36



PROPEMPTICA
NOBILISSI-
MO, PIETATE,
DOCTRINA, OMNI
que virtutum genere excultissimo ju-
veni, Dn. IOHANNI MELCHIO-
RI à VVITTERN, Vitæberga
in patriam discedenti, memo-
riae ergò ab amicis
scripta.



VITÆBERGÆ
Ex typographia Simonis Gronenbergii.
M. D. LXXII.
Die 15. Augusti.

33

